Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Beati qui lugent. qm̄ ipsi consolabuntur. luctus hic non
mortuorū ponit̄ com uni lege naturę. sed peccatis et
uiciis mortuę. Sic fleuit et samuhel saulem. quia peni
tuerat dm̄ qđ unxisset regē sup isrl. Sic et paulus apls
flere ac lugere se dicit eos qui post fornicationē et in
mundiciā non egerunt penitentiā. Beati qui esuriunt
et sitiunt iusticiā. Non nobis sufficit uelle iusticiā. nisi
eiusdē iusticię patiamur famem. ut sub hoc exemplo
nunquā nos satis iustos sed semp esurire iusticię opera
intelligamus. Beati misericordes. Misericordia non solum
in elemosinis intelligit̄ sed in omni peccato frīs. si alter
alterius onera portemus. Beati mundo corde. qm̄ ipsi dm̄
uidebunt. quos n̄ arguit conscientia ulla peccati. Mun
dus mundo corde conspicit̄. Templū dī non potest ēē pol
lutū. Beati pacifici. qm̄ primū in corde suo. de inde int̄
frs dissidentes pacē faciunt. Quid enī ꝓdest alios ꝑ te pa
cificare. cū in tuo animo sint bella uiciorū. Beati qui ꝑse
cutionē patiunt̄ propt̄ iusticiā. Signant̄ addidit ꝓpter
iusticiam. Multi enī ꝑsecutionē patiunt̄ ꝓpt̄ sua peccata.
et n̄ sunt iusti. Simulq; considera qđ octaua uerę circūcisi
onis beatitudo martyrio terminatur. Beati estis cū maledix
erint uobis. et ꝑsecuti uos fuerint. et dixerint omne ma
lū aduersum uos mentientes. Illud maledictū contemnen
dū est. qđ et beatitudinē creat. qđ falso maledicentis ore
profertur. Unde et specialit̄ definiuit quę sit beata ma
ledictio. Omne dicentes maledictū aduersū uos mentien
tes ꝓpt̄ me. Ubi ergo xp̄c in causa ē. ibi optanda maledictio.